

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mercacio a
cum fonte primo

Desiderio tuo locum facis dyabolo. Ecce enim dyabolus proposuit lucrum et mutuauit ad fraudem; lucrum habere non poteris nisi fraudem feceris. Sed lucrum esca est, fraus laqueus; sic attende escam ut uideas et laqueum, quia lucrum habere non potes nisi fraudem feceris; fraudem autem, si feceris, capieris.

Augustinus super Psalmos.

Tu enim desiderio tuo locum diabolo das. Ecce enim diabolus proposuit lucrum, et inuitauit ad fraudem: lucrum habere non potes, nisi fraudem feceris. Sed lucrum esca est, fraus laqueus. Sic attende escam, ut uideas et laqueum; quia lucrum non potes adipisci, nisi fraudem feceris; fraudem autem si feceris, capieris.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 139, 12 (CCSL 40, E. Dekkers & J. Fraipont eds., pp.2019-20, ll.9-15).